



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens**

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

XIV. De forti certamine contra vitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

solicite custodit ; ne Jesum, & Mariam, & omnes Sanctos offendat.

*Psal. 23.*

Hic accipiet benedictionem & misericordiam à Domino Jesu salutari suo ; & quàm cito ad eum clamaverit, exaudiet eum de cælo sancto suo, in quocumque loco fuerit & periculo.

*Ioan. 6.*

Nam cum discipuli in mari navigarent, & præ timore submergendi Jesum invocarent, statim ipse Jesus adfuit, & dixit: *Quid timidi estis? Habete fiduciam: Ego sum, nolite timere.*

Vox enim Jesu, vox dulcis ad consolandum, fortis ad protegendum, jucunda ad lætificandum, benigna ad indulgendum, gratiosa ad tribuendum vitam æternam.

**CAP. XIV.** *De forti certamine  
contra vitia, per exempla  
Sanctorum.*

*Psal. 30.*

**V**iriliter agite, & confortetur cor vestrum.

Sanctorum e-

Sicut per passionem & crucem Jesu & sanctorum Martyrum

pæ-

pœnas, discimus aduersa tolerare; sic etiam per beatam Virginem *Mariam*, & per omnes sanctas Virgines, Viduas & Continentes, discimus carnalia vitia vincere, divitias contemnere, honores fugere; & per contemptum omnium mundanorum cœlestia quærere & amare.

O serue Dei, stude virorum fortium patientiam insuperabilem sequi, diabolo & consilio eius resistere, & per debiliū puellarum constantiam virginalem, omnia delectabilia carnis cum cæteris vitiis, longe à te projicere & spernere.

Si bona temporalia Deus dederit pro sua clementia paupertati tuæ, noli inde, miser, extolli, noli stulte cor apponere; quia nescis, quamdiu hic eris, & istis fruere.

Noli longam optare vitam, sed bonam, quia melior est bona conscientia, quam omnes thesauri mundi. Quanto enim plus habueris de rebus terrenis, tanto districtius inde judicaberis.

2. Heu fallax gratia, et brevis gloria

xempla  
docent  
aduersa  
pati. ter-  
rena con-  
temnere.

**Brevis &  
fallax  
mundi  
gloria.**

gloria mundi, in divitiis, honoribus, praelaturis, & deliciis hujus vitæ gaudere; post quæ sequuntur maximi dolores & fletus; cum diabolo semper ardere, ubi nulla est redemptio à pœnis eorum.

Sed, ô quàm magna jucunditas Electorum, cum Angelis semper lætari; ubi summa felicitas omnium bonorum, cum Deo & Sanctis ejus, sine fine durabit!

O quàm felices viri & prudentes virgines, qui omnia propter Christum reliquerunt, & per arctam viam ad æternam patriam pervenire studuerunt.

**Præfens  
vita per-  
petua lu-  
cta.**

2. Scitote ergo omnes fideles & devoti servi Jesu Christi, quia oportet vos contra varias tentationes carnales & spirituales pugnare, vigilare, orare, jejuna- re, & laborare, quamdiu vivitis.

Oportet carnem castigare, ne intumescat; & concupiscat contra spiritum; & ne decipiat & prævaleat contra animam, trahendo ipsam in gehennam.

**Seculi  
gaudia  
sequitur**

Quid prodest hic carnem delicate nutrire, & postea in inferno gravissime torqueri? Et

Et quid juvat hic laudari & <sup>eterna</sup> honorari ab hominibus, & in fu- <sup>miseria,</sup> turo confundi & condemnari cum impiis & dæmonibus?

In mundo doctor & magnus reputari, & in numero Electorum non computari, maxima confusio & derisio est coram Deo, & omnibus Sanctis ejus.

Pro Christo autem pati & vi- <sup>Pati pro</sup> lipendi à malevolis, maximus <sup>Christo</sup> honor, laus, & gloria apud Deum <sup>maxima</sup> & omnes Sanctos. <sup>gloria.</sup>

Hinc ipse ait discipulis suis, & consolatur ubique omnes fideles, pro nomine ejus injuriam & pressuram patientes: *Beati eritis, cum vos oderint homines, & reprobraverint propter nomen meum. Gaudete & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cælis.* <sup>Matt. 5.</sup>

CAP. XV. *De instabilitate in loco & in ordine.*

**S**tabiles estote in omni opere <sup>1. Cor. 15.</sup> Domini semper.

Dic bone frater, quid utilita- <sup>Discursus</sup> tis & sanctitatis tibi contert huc <sup>fabulæ, &</sup> illuc